

St. Soter was raised to the Papacy after the death of St. Anicetus, about 161, and was martyred under Emperor Marcus Aurelius. St. Caius succeeded St. Eutychian as Pope in 283. He died April 21, 296. For his sufferings under Diocletian he was made a martyr although he died a natural death. Ancient inscriptions bear testimony to the devotion of the faithful to these Pontiffs.

**INTROIT John 21: 15-17**

Si díligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. Allelúja, allelúja. (Ps. 29: 1) Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Si díligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. Allelúja, allelúja.

**COLLECT**

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et per beátos Sotérem et Caium Mártýres tuos atque Summos Pontífices perpétua protectióne custódi; quos totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 1 Peter 5: 1-4, 10-11**

Caríssimi: Senióres, qui in vobis sunt, obsécro consénior et testis Christi passiónum, qui et eius, quæ in futúro revelánda est, glóriæ comunicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontáneæ secúndum Deum, neque turpis lucrí grátia, sed voluntárie; neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et, cum appáuerit princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam. Deus autem omnis grátia, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passus ipse perfíciét, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in saecula sæculórum. Amen.

**GREATER ALLELUIA**

**Matthew 16: 18**

Allelúja, allelúja. Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Allelúja. (Ps. 44: 17, 18) Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine. Allelúja.

**GOSPEL Matthew 16: 13-19**

In illo témpore: Venit Iesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt: Alii Joánnem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremíam aut unum ex prophétis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Iesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificábo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

**OFFERTORY Jeremiah 1: 9-10**

Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, constítui te super gentes et super regna, ut evéllas et destruas, et ædífices et plantas. Allelúja.

**SECRET**

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclesiam tuam benignus illúmina: ut, et gregis tui profíciat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PREFACE OF EASTER SEASON**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatió nibus, cumque omni militía cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

**COMMUNION Matthew 16: 18**

Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Allelúja.

**POSTCOMMUNION**

Refectione sancta enutritam gubernas, quæsumus Domine, tuam placatus Ecclesiam: ut potenti moderatione directa, et incrementa libertatis accipiat et in religionis integritate persistat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. Alleluia, alleluia. (Ps. 29: 1) I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. Alleluia, alleluia.

Look favorably on thy flock, Eternal Shepherd, and keep it in thy constant protection, by the intercession of blessed Soter and Cajus thy Martyrs and Sovereign Pontiffs, whom thou didst constitute shepherds of the whole Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, The ancients therefore that are among you, I beseech, who am myself also an ancient, and a witness of the sufferings of Christ: as also a partaker of that glory which is to be revealed in time to come: feed the flock of God which is among you, taking care of it, not by constraint, but willingly, according to God: not for filthy lucre's sake, but voluntarily: neither as lording it over the clergy, but being made a pattern of the flock from the heart. And when the prince of pastors shall appear, you shall receive a never fading crown of glory. But the God of all grace, who hath called us into his eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will himself perfect you, and confirm you, and establish you. To him be glory and empire for ever and ever. Amen.

Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia. (Ps. 44: 17, 18) Thou shalt make them princes over all the earth: they shall remember Thy Name, O Lord. Alleluia.

And Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose upon earth, it shall be loosed also in heaven.

Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee over the nations, and over kingdoms, to root up, and to pull down, and to build, and to plant. Alleluia.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.